

www.e-rara.ch

**Plantae Veronenses seu stirpium quae in agro Veronensi reperiuntur
methodica synopsis**

Séguier, Jean-François

Veronae, 1745-1754

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 3503

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-18537>

Classis duodecima.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]


Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CLASSIS DUODECIMA

De Herbis & Suffruticibus
flore Leguminoso.



ONOBRYCHIS.



ONOBRYCHIS flores habet leguminosos, quorum ampliora petala, vexillum a Botanicis vocata, alis seu lateralibus petalis majora sunt, & reflexa. Vaginula quædam, cui etiam carinæ nomen ab iisdem impositum est, in novem partes dividitur, ex cujus medio pistillum exit, quod deinde abit in rugosam siliculam, unico semine renum figuram referente fætam. Quibus notis addatur flores in spicam densam nasci.

Onobrychis foliis Vicinæ, fructu echinato major, floribus dilute rubentibus Cav.
C. B. Pin. 350.

Onobrychis major, siliculis echinatis cristatis, in spica digestis *Moris. Hist.*
II. 131.

Onobrychis sive caput gallinaceum
Ger. 1063. Raii Hist. I. 914.

Po-

Polygalon Gefneri *J. B. II. 335.*

Hedysarum foliis pinnatis, leguminibus subrotundis aculeatis *Lin. H. Clif. 365.*

Poligala di Dioscoride, Pon. 17.

In omnibus collibus juxta vicum Colà assurgentibus copiose oritur: præsto etiam est in promontorio Gardenfi. Vix est alia herba gratissimum pabulum jumentis Onobrychide præbens, quapropter in omnibus fere terris in hunc usum colitur.

V U L N E R A R I A.

VULNERARIA flores habet leguminosos, vexillumque alis longius: carina ejusdem longitudinis novemfidam vaginulam comprehendit. Calix hinc monophyllus, illinc quinquefariam divisus florem excipit. Pistillum germi insidet, abitque deinde infima sui parte in siliquam brevem, membranaceam, unico femine plerumque refertam.

Cav. 1. *Vulneraria rustica J. B. II. 362.*

Loto affinis, *Vulneraria pratensis C. B. Pin. 332. Moris. Hist. II. 181.*

Anthyllis leguminosa Ger. 1060. Raii Hist. I. 922.

Anthyllis Lenti similis Dod. Pempt. 552.

An-

Anthyllis foliis pinnatis, foliolo terminatrici majori *Lin. H. Clif.* 371.

Glauco del Guilandini, Pon. II.

In collibus Urbi circumvicinis, in planitie vico *Chievo* obversa, & in radicibus collium prope *Gretianam* frequens est.

2. *Vulneraria* flore purpurascente *Inst. R. H.* 391.

Loto affinis hirsuta, flore subrubente *C. B. Pin.* 333. *Moris. Hist.* II. 181.

Anthyllis leguminosa, purpurascente flore *Clus. Hist.* ccxxxij. *Raii Hist.* I. 922.

Hæc etiam iisdem in locis cum modo descripta provenit.

D O R Y C N I U M .

DORYCNIUM flores gignit Leguminosos, quorum vexillum cordis figuram referens reflexum est, alisque lateribus majus. Carina vaginulam novemfidam obducit, & calix monophyllus in ora quinquepartitus florem excipit. Pistillum autem abit in siliculam brevem, semine singulari fœtam. His adde folia ad pediculum usque divisa.

Dorycnium Monspeliensium *Lob. I. con.* 51. *Cav.*

Do-

Dorycnium Monspessulanum fruticosum *J.B. I. 188. Raii Hist. I. 969.*

Dorycnium *Clus. Hist. 100.*

Dorycnium foliis digitatis sessilibus *Lin. H. Clif. 371.*

Trifolium album angustifolium, floribus velut in capitulum congestis *C. B. Pin. 329.*

Lotus πολυκέραιος frutescens incana, filiculis subrotundis erectis *Moris. Hist. II. 178.*

Doricnio del Rondelezio presso il Lobelio, Pon. 132.

In collibus vico *Poggiano* imminetibus, tum in illis, qui vicos *Gretianam & Colà* circumstant oritur.

OROBUS.

OROBUS flores profert Leguminosos, quorum vexillum cordis figuram refert, alisque fere æquale est. Bifida carina novemfidam vaginulam comprehendit, una cum pistillo, quod fit deinde siliqua teres, longa, seminibus ut plurimum ovatis referta. His adde folia bina, acuta, ramulis adhærescentia, quorum ultimum impar est.

Cav. I. Orobus silvaticus, *Viciæ* foliis *C. B. Pin. 352.*

Oro-

Orobus Pannonicus secundus *Clus. Hist.* ccxxx.

Astragalus major Fuchfio *J. B. II.* 334.

Astragaloides *Dod. Pempt.* 541.

Prope Gretianam, Junio mense in collium radicibus floret.

2. Orobus latifolius, parvo flore purpureo *C. B. Pin.* 351. *Cav.*

Orobus Venetus *Clus. Hist.* ccxxxij. *Raii Hist.* l. 917. *Pon.* 149.

Orobus silvaticus latifolius, filiquis propendentibus, parvo flore purpureo *Moris. Hist.* II. 77.

Galegæ nemorensi vernæ similis, multiflora, flore purpureo *J. B. II.* 345.

Locis umbrosis & dumosis oritur prope Gretianam. Notas quibus differt ab *Orobo silvatico purpureo verno C. B. Pin.* videtis in *Hist. Pl. Joan. Raii*, quibus addatur hunc tribus quatuorve pinnarum conjugationibus in unoquoque folio donari, illum vero solummodo duabus.

3. Orobus alpinus latifolius *C. B. Pin.* 351. *Prodr.* 149. *Moris. Hist.* II. 93. *Cav.*

Huic folia plerumque in singulis ramis octona sunt, bina, nullo impari ramulum claudente, lata, & fere ex ovato principio acuminata, non adeo
ta-

tamen ut Bauhinus in Prodromo tradidit. Ex alis prodeunt palmares pediculi, spicam laxam & numerosam uncialium florum sustinentes, primo omnino albescentium, deinde in alis & carina coloris lutei dilutioris, vexillo admodum rufescente. Junii initio floret, & in valle frigida montis Baldi, qua collis *Costa bella* assurgit mihi obvius fuit. Huc referunt Raius & Parkinsonius *Orobum silvaticum pallido flore C. B. Pin. p. 351.* qui omnino ab isto diversus videtur.

LATHYRUS.

LATHYRUS flores producit leguminosos, vexillo maximo, & brevioribus alis oblongis constantes. Carina iisdem æqualis, vaginulam novemfidam comprehendit, ex qua existat pistillum, quod deinde abit in siliquam teretem vel compressam, seminibus plurimis modo cylindræis, modo angulatis fœtam. His notis addantur caules compressi, ramuli alati, & caulium foliaceus margo, tum folia bina inter se opposita, & in cirros abeuntia.

Car. I. Lathyrus latifolius *C. B. Pin. 344. Morif. Hist. II. 51.*

Lathyrus major latifolius *Ger. em. 1229. Raii Hist. I. 894.*

La-

Lathyrus major latifolius, flore majore purpureo, speciosior *J. B. II.* 303.

Lathyrus pedunculis multifloris, cirris diphyllis, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis *Lin. H. Clif.* 367.

Orobo sativo del Cordo, *Pon. 9. Clime-*
no del Mattioli, Calc. It. 10.

Tertio ab Urbe lapide, in silva del Mantico copiose crescit, tum quoque in dumetis Gretianæ circumvicinis.

2. Lathyrus arvensis repens tuberosus *C. B. Pin. 344.*

Lathyrus arvensis, radice tuberosa repente *Moris. Hist. II. 51.*

Lathyrus pedunculis multifloris, cirris diphyllis, foliolis ovalibus, radice tuberosa *Lin. H. Clif. 367.*

Chamæbalanus leguminosa *J. B. II.* 324. *Raii Hist. I. 895.*

Terræ glandes *Dod. Pempt. 550.*

Inter segetes statim ab Urbe interdum occurrit.

3. Lathyrus silvestris luteus, foliis Vicia *C. B. Pin. 344.*

Lathyrus luteus silvestris dumetorum *J. B. II. 304.*

Lathyrus silvestris & dumetorum, flore luteo *Moris. Hist. II. 44.*

Lathyrus pedunculis multifloris, *Vol. II.*

cirris diphyllis , foliis lanceolatis , internodiis nudis *Lin. H. Clif.* 367.

In marginibus pratorum , prope S. Michaelis pagum .

4. Lathyrus foliis angustis , floribus singularibus , coccineis .

Num Lathyrus foliis gramineis , floribus coccineis *Raii Syll.* 160.

Locis saxosis & asperis provenit prope Montis aurei Castellum . Flos illi omnino coccineus est parvusque , in unoquoque pediculo singularis . Ibidem crescit species alia ejusdem formæ , folioque flore diversa , cujus vexillum purpurascit , cœruleisque lineis varium est , carina vero , & alarum extremitates cœrulescunt .

V I C I A ,

VICIÆ flores Leguminosi sunt , vexillo ovato , amplo , longioribusque alis constantes . Carina vaginulam novemfidam comprehendit , e cujus medio surgit pistillum , quod deinde crescit in siliquam longam , seminibus ovatis & compressis fœtam . His adde bina folia inter se opposita , ramulorum nervo in claviculas abeunti innascentia .

I. Vicia supina , latissimo folio non ferrato *Inst. R. H.* 397.

Vicia Narbonensis maxima, fructu rotundo atro, foliis integris *Moris. Hist.* II. 61.

Vicia petiolis tetraphyllis cirriferis *Lin. H. Clif.* 369.

Faba silvestris Græcorum, sive Faba veterum *Park. Raii Hist.* I. 903.

Faba silvestris, fructu rotundo atro *C. B. Pin.* 338.

Aracus fabaceus, & Faba kairina, cui semina minora *J. B. II.* 286.

In arvis pinguioribus, prope S. Michaelis pagum mihi obvia.

2. Vicia maxima dumetorum *C. B. Pin.* 345.

Vicia sepium perennis *J. B. II.* 313. *Raii Hist.* I. 901.

Vicia leguminibus ascendentibus, petiolis polyphyllis, foliis ovatis acutis integerrimis *Lin. H. Clif.* 368.

In sepibus & dumetis haud infrequens.

3. Vicia multiflora *C. B. Pin.* 345. *Raii Hist.* I. 903.

Vicia perennis nemorensis sive dumetorum *J. B. II.* 314.

Vicia perennis multiflora spicata cœrulea sepiaria *Moris. Hist.* II. 61.

Vicia pedunculis multifloris, stipulis utrimque acutis integris *Lin. H. Clif.* 368.

In sepibus & senticetis, & interdum inter segetes oritur. Sunt illi spicæ prælongæ florum purpurascensium, deorsum dependentium.

4. *Vicia vulgaris acutiore folio, semine parvo nigro* C. B. *Pin.* 345.

Vicia vulgaris silvestris, semine parvo & nigro frugum J. B. II. 312.

Vicia silvestris sive Cracca major Ger. *Raii Hist.* I. 902.

Inter segetes nimis frequens. Folia obtusa sunt, eorumque nervi in apices elongantur. Præter hanc inter frumentaceas plantas reperitur etiam sativa *Vicia*, seu quam Bauhinus in *Pinace Viciam vulgarem*, semine nigro vocavit.

5. *Vicia segetum cum siliquis plurimis hirsutis* C. B. *Pin.* 345. *Morif. Hist.* II. 63. *Raii Hist.* I. 902.

Vicia parva sive Cracca minor, cum multis siliquis hirsutis J. B. II. 315.

Craccæ alterum genus Dod. *Pempt.* 542.

Cicer pedunculis multifloris, seminibus globosis Lin. *H. Clif.* 371.

Uno aut altero ab Urbe lapide, via qua itur ad vicum *Chievo* mihi sæpius obvia fuit inter segetes.

GALEGA.

GALEGA flores gignit Leguminosos, vexillo alis majori & reflexo constantes, tum carina vaginulam novemfidam comprehendente; cui subest calix in ora quinquefidus. Pistillum abito in siliquam fere cylindraceam & tere-tem, seminibus plurimis oblongis, & reniformibus repletam. His notis addenda sunt folia bina, inter se opposita, & ramulorum nervis adnascencia, quorum extremum impar est.

1. Galega vulgaris floribus cœruleis Cav.
C. B. Pin. 352. Moris. Hist. II. 91.

Galega J. B. II. 342. Dod. Pempt. 548. Raii Hist. I. 911. Lin. H. Clif. 362.

Galega, o Ruta capraria Pon. 138.

In marginibus agrorum, & in arvis copiose provenit, passimque reperitur. Floris color variat, modo purpura dilutiore inficitur, modo omnino albus est, tuncque vocatur:

2. Galega vulgaris, floribus penitus candicantibus C. B. Pin. 352. Inst. R. H. 399.

Usus ejus præcipue in pestilentialibus morbis, sicut tradidit Matthiolus; & communi Medicorum calculo inter alexipharmaca computatur, sed fortasse,

In An- inquit Nic. Cyrillus, *unus alterius au-*
not. ad *cloritate misus potius, quam propria ex-*
Etmull. *perientia eam commendavit.*

A P H A C A .

APHACÆ flores leguminosi sunt, vexillo plano, lateribus reflexo, alisque majore constantes, tum carina vaginulam novemfidam comprehendente. Calix in ora quinquepartitus florem excipit. Pistillum abicit in siliquam longam, seminibus plurimis rotundis foetam. His addenda sunt folia bina, triangularia, caulium nodis innata, ex quorum alis prodeunt cirri integri, seu in apice nequaquam bifidi.

Carv. Aphaca *Lob. Icon. 70. Raii Hist. I. 899.*

Vicia lutea, foliis Convolvuli minoris *C. B. Pin. 345.*

Vicia, quæ Pitine Anguillaræ, lata siliqua, flore luteo *J. B. II. 316.*

Lathyrus cirris aphyllis *Lin. H. Clif. 367.*

Lathyrus luteus annuus, foliis Convolvuli minoris *Moris. Hist. II. 52.*

Pitine di Teofrasto Calc. It. 10.

Inter segetes, solo præsertim glareoso, haud rara est.

ORNITHOPODIUM.

ORNITHOPODIUM flores habet Leguminosos, vexillo cordis figuram referente, & alis fere pari conitantes, nec non carina, quæ novemfidam vaginulam comprehendit. Iis subest calix monophyllus, in limbo quinquefidus. Pistillum autem prominet, ab itque in filiquam falcata, articulofam, seminibusque plurimis subrotundis fœtam. Siliquæ in capitulum congregatæ aduncis avium unguibus affimulantur.

1. Ornithopodium scorpioides, filiqua non compressa *Inst. R. H.* 400.

Scorpioides leguminosa altera *J. B.* II. 350. *Raii Hist.* I. 932.

In collium radicibus, dumofisque locis circa Gretianam oritur: mihi quoque occurrit in fossis Urbis, e regione Campi Martii. Flos est illi luteus, folia pari ordine in ramulis aggesta, ovata, ultimo impari & cordiformi.

2. Ornithopodium Portulacæ folio *Inst. R. H.* 400.

Ornithopus foliis ternatis fere sessilibus, appendiculatis, impari maximo *Lin. H. Clif.* 364.

Scorpioides Portulacæ folio *C. B.* *Pin.* 287. & Telephium Dioscoridis, seu

Scorpioides ob siliquarum similitudinem *ejusd.*

Scorpioides Matthioli *Ger. Raii Hist.* I. 956.

Telephium scorpioides *J. B. II.* 889.

Telefio di Dioscoride appresso Anguillara, Pon. 140. *Scorpioide Calc. It.* 10. & 13.

Inter segetes Campi Martii mihi interdum occurrit.

FERRUM-EQUINUM.

FERRUM-EQUINUM floribus constat leguminosis, quorum vexillum cordis figuram refert: alæ oblongæ, & carina recurva stamina novem obducunt. Calix in ora quinquefariam divisus florem excipit. Pistillum ab it in siliculam compressam articulatam, lunula in unoquoque articulo, & singulari semine donatam.

Ferrum equinum Germanicum, siliquis in summitate *C. B. Pin.* 349.

Ferrum equinum capitatum *Cob. Ecpbr. Part. I.* 301. *Moris. Hist. II.* 118.

Ornithopodio affinis, sive potius soleæ, vel Ferro equino herbæ *J. B. II.* 348.

Hippocrepis leguminibus pedunculatis confertis, margine exteriori lobatis *Lin. H. Clif.* 364.

Sfer-

Sferracavallo Calc. It. II.

Licet hanc plantam dum Baldum montem peragrarem non invenerim, nullus tamen dubito quin ibidem proveniat, nam & ab Ant. Cavazzanio illic visa, & ab aliis Botanicis accepti in illis jugis reperiri,

L O T U S .

LOTUS flores gignit Leguminofos, vexillo subrotundo, alisque brevioribus ejusdem formæ, & carina constantes, quæ stamina apicesque continet. Calix in limbo quinquefariam divisus florem excipit. Pistillum ab initio in siliquam, interdum septis transversum positum, & seminibus plurimis subrotundis fœtam. His adde terna folia, duabus alis in exortu pediculi instructa.

I. Lotus sive Melilotus pentaphyllus minor glabra C. B. Pin. 332.

Lotus corniculata glabra minor J.B.

II. 356. Raii Hist. 1. 967.

Lotus πολυκέρατος lutea minor, foliis & siliquis glabris brevioribus & crassioribus Moris. Hist. II. 177.

Lotus caule herbaceo, florum capitulo depresso, leguminibus decumbentibus teretibus Lin. H. Clif. 372.

Tri-

Trifolium corniculatum primum
Dod. Pempt. 573.

In herbis, & collinis pascuis admodum frequens.

2. *Lotus pratensis filiquosus luteus, major & durior C. B. Pin. 332.*

Lotus pratensis filiquosus Clus. Hist. ccxliij.

Herbida locis delectatur in viciniis Gretianæ vici. Flos illi unicus est, ex uno quoque capitulo magnus, luteus, cui succedit filiqua quadrangularis.

Nonnullas Trifoliorum species Jul. Pontedera & Ant. Michellius a Turnefortii Trifoliis separarunt, novisque generibus institutis, novis etiam nominibus ea indicarunt, quo magis hujus stirpis notitia eluceret; quapropter ex Clariss. Virorum sententia in tria genera distinguuntur, *Trifolium* scilicet, *Tripbylloides*, & *Trifolium*; at cum *Tripbylloides* sit flore monopetalo anomalo, de eo dixi in Classe quarta, de ceteris vero nunc.

T R I F O L I U M.

TRIFOLIUM est plantæ genus flore leguminoso, vexillo reflexo, alisque majore, nec non carina constante, quæ
 no-

novemfidam vaginam continet. Flos calice monophyllo, & in ora quinquefariam diviso excipitur. Pistillum abito in capsulam in ipso calice reconditam, & paucissimis, subrotundisque seminibus foetam. His addenda sunt folia terna eidem pediculo innascentia.

1. Trifolium montanum, spica longissima rubente *C. B. Pin. 328.*

Trifolium purpureum majus, folio & spica longiore *J. B. II. 375. Raii Hist. I. 944.*

Trifolium purpureum montanum lagopoides, spica longissima *Morif. Hist. II. 140.*

Trifolium spicis villosis, caule erecto, foliis ferrulatis *Lin. H. Clif. 375.*

Trifolii majoris tertii altera species *Clus. Hist. ccxlvj.*

Citiso del Trago, Pon. 10. & Lagopo grande ejusd. 11.

In pascuis siccioribus, herbosisque locis prope Gretianam, in planitie, quæ silvæ del Mantico objicitur, & in collibus prope vicum Colà mihi occurrit.

2. Trifolium spica oblonga rubra *C. B. Pin. 328. Raii Hist. I. 944.*

Trifolium purpureum montanum majus, spica oblonga *Morif. Hist. II. 139.*

Trifolium majus tertium, purpureum
Clusio *J. B. II. 375.*

Trifolium majus tertium *Clus. Hist. ccxlv.*

Trifolium nostrum optime repræsentat icon in *Historia rariorum plantarum Caroli Clusii expressa*, minus bene *Morisoniana*. Juxta rivulum e monte *Gretianæ* vico obverso decurrentem mihi sæpius occurrit. Flos interdum est illi ex albo carneoque colore varius. Aliud quoque in locis illi circumvicinis observavi, ab eo haud absimile, pulchre itidem venosum, sed foliis rotundioribus, spica habitiore, & fere absque pediculo e summo caule prodeunte: num descriptum sit, me latet, ita ut id non inepte dixerim:

3. Trifolium montanum, spica habitiore, foliis rotundioribus.

4. Trifolium montanum, angustissimum spicatum *C. B. Pin. 328.*

Trifolium, angustifolium spicatum
J. B. II. 376. Raii Hist. I. 949.

Altera angustifolia *Lagopus Lob. Icon. 40.*

In silva *del Mantica* toties laudata abunde provenit, & in adjacente planitie, ratione loci macri & glareosi valde humile, tuncque *Lobelianæ*
ico-

iconi accedit, alias in fertili solo pedem
& amplius caulis adæquat.

5. Trifolium pratense album C. B.
Pin. 327. *Fuchs. Hist.* 818.

Trifolium pratense album a Fuchſio
depictum ſive mas *J. B.* II. 379.

In pascuis montanis frequens eſt.

6. Trifolium montanum album C.
B. Pin. 328. *Raii Hist.* I. 943.

Trifolium majus, albo flore, incanum
Cluſii *J. B.* II. 380.

Trifolium majus primum *Cluſ. Hist.*
ccxlv.

Trifolium lagopoides album perene,
ſpica rotunda, foliis incanis *Moriſ.
Hist.* II. 141.

In omnibus collibus haud rarum eſt,
in Gretianenſibus vero valde copioſum.

7. Trifolium arvenſe humile ſpicatum,
ſive Lagopus C. B. *Pin.* 328.

Trifolium Lagopoides purpureum arvenſe
humile annuum, ſive Lagopus minimus
vulgaris *Moriſ. Hist.* II. 141.

Trifolium ſpicis villoſis ovalibus,
dentibus calicinis ſetaceis *Lin. H. Clif.*
374.

Lagopus vulgaris *Park.* 1107. *Raii
Hist.* I. 948.

Lagopus trifolius quorundam *J. B.*
II. 377.

Lagopus *Dod. Pempt.* 577.

Lagopiro del Dodoneo, o Lagopo spicato Pon. 10.

In collibus Urbi circumvicinis, & inter segetes, solo præsertim macro & arido passim conculcatur.

8. Trifolium flosculis albis, in glomerulis oblongis asperis, cauliculis proxime adnatis *Raii Syn. ed.* 3. 329.

Trifolium spicis ovatis sessilibus, scabris lateralibus *Lin. H. Clif.* 373.

Muris & parietinis innascitur in ipsa Urbe, tum extra mœnia in ejusdem fossis.

9. Trifolium caule nudo, glomerulis glabris *J. B. II.* 379. majore icone bene expressa est. *Raii Hist.* I. 497.

Trifolium capitulis subrotundis inflatis, bidentatis, reflexis *Lin. H. Clif.* 373. ibique optime hujusce characteristicae notæ adsignantur: appellationes vero aliorum auctorum alio pertinent.

Flores illi sunt purpuræ dilutioris, in capitulum congesti, ex quin quedentato calice emergentes, quibus marcescentibus folliculus bifariam divisus semen excipit. Capitula haud omnino glabra sunt, sed mollioribus pilis utriculi obducuntur. Sextili mense floret, mihi que occurrit in sabuletis secus Athe-sim, haud longe a loco, quo pontoni-
bus

bus flumen trajicitur , & *Porto di S. Pancrazio* vulgo vocatur.

T R I F O L I A S T R U M .

T R I F O L I A S T R U M sola fructificationis ratione a Trifolio distinguitur , filiqua scilicet in calice nequaquam recondita . Flores in capitulum congeruntur , pediculis suffulti ; dum florent erecti , marcescente flore penduli .

1. Trifoliastrum pratense foliis ovatis , sagittata & subalbida macula circa unguis notatis .

Trifoliastrum pratense corymbiferum majus repens , foliis rotundioribus , alba & sagittata macula notatis , siliquis tetraspermis *Mich. N. Pl. Gen.* 26.

Trifolium pratense *Dod. Pempt* 565. *Lob. Icon.* 29.

Huc cum Linnæo referendas censeo omnes fere illas Trifoliasri species, quas Michelius in *Nov. Plant. Gen.* ab ordine primo ad quartum nimis curiosa indagatione descripsit , & quas ob foliorum maculas plus minusve productas , vel ob minimas earundem diversitates in plures species dispertivit .

2. Trifoliastrum alpinum purpureum humile , caule nudo simplici , foliis angustioribus acutis , floribus amplioribus ,

bus, filiquis planis incurvis & disper-
mis *Mich. Pl. N. Gen.* 28.

Trifolium alpinum, flore magno,
radice dulci *C. B. Pin.* 328.

Trifolium alpinum Rhæticum, A-
stragaloides *J. B. II.* 376. *Raii Hist.*
I. 956.

Anonis alpina humilior, radice am-
pla & dulci *Inst. R. H.* 408.

Trifolium purpureum angustifolium,
alpinum *Ponæ Moris. Hist.* II. 139.
Pon. 194.

In summis montis Baldi scopulis pro-
venit.

3. Trifolium, quod Trifolium
pratense luteum, capitulo Lupuli, vel
agrarium *C. B. Pin.* 328. *Mich. N. Pl.*
Gen. 28.

Trifolium pratense luteum femina,
flore pulchriore sive Lupulino *J. B. II.*
381.

Trifolium agrarium luteum, capi-
tulo Lupuli, majus *Moris. Hist.* II.
142.

Trifolium luteum minimum *Ger.*
em. 1186. *Raii Hist.* I. 949.

In locis campestribus & montosis
reperitur, & fere per totam æstatem vi-
get.

M E L I L O T U S .

MELILOTI flores Trifolii assimilantur floribus, foliaque terna æque ac illi in unoquoque pediculo innascuntur, at in seminis capsula in calice non recondita ab eodem differt, tum floribus in spicam dispositis, qua nota etiam a Trifolastro distinguitur.

I. Melilotus officinarum Germaniæ
C. B. Pin. 331.

Melilotus vulgaris Park. 719. Raii *Cav.*
Hist. I. 951.

Trifolium odoratum sive Melilotus vulgaris, flore luteo J. B. II. 370.

Trifolium floribus racemosis, leguminibus nudis dispermis, caule erecto
Lin. H. Clif. 376.

Trifolium odoratum sive Melilotus fruticosa lutea vulgaris & officinarum
Moris. Hist. II. 161.

Saxifraga lutea Fuchs. Hist. 749.

Inter segetes copiose provenit, & interdum in murorum pinnis, humanam altitudinem haud raro superans. Plantis, quæ ad emolliendum adhibentur vulgo accensetur. Ex ea paratur in officinis emplastrum de Meliloto vocatum, cujus descriptionem videsis in

Quadripartito Botanico Simonis Pauli *Class. III. pag. 392.*
Vol. II. G li,

li, ad quoscumque tumores emolliendos admodum utile. Attamen officinæ Veronenses plantam hanc pro Meliloto non habent, sed Anonidem viscosam spinis carentem illius vice falso usurpant.

Cav. 2. Melilotus officinarum Germaniæ, flore albo *C. B. Pin.* 331.

Melilotus flore albo *Park.* 719. *Raii Hist.* I. 951.

Melilotus altera, flore candido *Dod. Pempt.* 567.

Trifolium odoratum seu Melilotus fruticosa candida major *Morif. Hist.* II. 161.

Promiscue cum præcedente iisdem in locis provenit.

Cav. 3. Melilotus capsulis reni similibus in capitulum congestis *Inst. R. H.* 407.

Melilotus minor *Trag.* 593. *Raii Hist.* I. 952.

Trifolium pratense luteum, capitulo breviori *C. B. Pin.* 328.

Trifolium pratense luteum mas, flore minore, semine multo *J. B.* II. 380.

Melilotus lutea minima hirsuta procumbens, spica breviori densissime disposita, seminis pericarpio renali nigro *Morif. Hist.* II. 162.

Trifolium leguminibus spicatis reni-

niformibus nudis monospermis, caule procumbente *Lin. H. Clif.* 375.

In pratis fluvio Mincio adjacentibus copiose provenit. Huc refert Jo. Bauhinus Saxifragam luteam Fuchsii alio pertinentem.

A N O N I S .

ANONIS flores producit Leguminosos, quorum vexillum cordis figuram referens, alis ovatis longius est. Carina aliquantulum ultra eminentem vaginulam novemfidam occultat. Pistillum abit in siliquam modo brevioris, modo longioris, duabus valvis constantem, teretem, & seminibus reniformibus foetam. His addantur folia ternis singulis pediculis insidentia.

1. Anonis spinosa, flore purpureo *Cav.*
C. B. Pin. 389. *Raii Hist.* I. 957.

Anonis sive Resta bovis vulgaris purpurea *J. B.* II. 395.

Anonis purpurea vulgaris spinosa, flore purpureo, siliquis erectis lentiformibus *Moris. Hist.* II. 169.

Anonis *Dod. Pempt* 743.

Ononis floribus fere sessilibus solitariis lateralibus, caule spinoso *Lin. H. Clif.* 359.

Egipiro Calc. It. 10.

In collibus circa Gretianam, & in
G 2 omni-

omnibus pascuis squalidis & macris facilis inventu. Radix, ejusque cortex diuretica virtute pollet, & totius plantæ decoctum in oris exulcerationibus adhibetur.

2. Anonis spinosa, flore albo C. B. *Pin.* 389.

Anonis sive Resta bovis vulgaris alba J. B. II. 395.

Hæc non adeo præsto est, & interdum promiscue cum prædicta crescit.

Cav. 3. Anonis non spinosa, flore luteo variegato C. B. *Pin.* 389. *Raii Hist.* I. 958.

Anonis lutea perennis major, Natrrix dicta *Moris. Hist.* II. 171.

Anonis lutea non spinosa, Natrrix Plinii herbariorum *Dalech.* 449.

Anonide gialla del Camerario, Pon. 17.

In arvis sterilibus & incultis circa Urbem frequens. Floris vexillum subrubris lineolis pulchre virgatum est. Vulgo in officinis Veronensibus hæc pro Meliloto habetur, ut jam dixi.

4. Anonis pusilla glabra angustifolia lutea *Inst. R. H.* 409.

Anonis lutea annua, filiqua glabra longiore & crassiore *Moris. Hist.* II. 171.

Trifoliis affinis, Anonis pusilla glabra

bra fruticans Cherleri *J. B. II. 394. Raii Hist. I. 959.*

In collibus prope vicum *Colà* abunde fruticat hæc pulchella *Anonidis* species.

M E D I C A .

MEDICÆ flores leguminosi sunt, ex ovato, & reflexo vexillo, duabus alis, & carina novemfidam vaginam continente compositi. Calix monophyllus, & in ora quinquefidus flores excipit, quorum pistillum abit in filiculam tortilem, cochleatam, & seminibus reniformibus fœtam.

1. *Medica major* erectior, floribus purpurascens *J. B. II. 382. Inst. R. H. 410. Raii Hist. I. 960.*

Trifolium filiqua cornuta, sive *Medica C. B. Pin. 330.*

Medica legitima Clus. Hist. ccxlij.

Hæc non solum spontanea exit in pratis & pascuis, sed etiam ubique colitur ad pecudum armentorumque pabulum, & vulgo *Erba Spagna* nomine nota.

2. *Medica echinata hirsuta J. B. II. 386. Raii Hist. I. 965.*

Trifolium echinatum arvense C. B. Pin. 330.

Medica cochleata πολυκκρπρος annua,

psula minima rotunda *Moris. Hist. II.*
144.

Tribulus terrestris minor repens
Lugd. 514.

In aggeribus glareosis, sabulosisque
locis statim ab Urbe provenit.

Cav. 1. Medica silvestris, floribus croceis
J. B. II. 383.

Medica silvestris frutescens, vel Tri-
folium falcatum seu Medica siliqua
cornuta tortili *Moris. Hist. II. 157.*

Medica flavo flore *Clus. Hist. ccxliij.*
Trifolium silvestre luteum, siliqua
cornuta, vel Medica frutescens *C. B.*
Pin. 330.

In omnibus pratorum marginibus,
& in ipsis pratis passim provenit. Ar-
va interdum infestat, ut vix extirpa-
ri queat, nam non solum semine, sed
etiam radicibus mire propagatur.

A S T R A G A L U S .

ASTRAGALUS flores habet Legumi-
nosos, vexillo recto, lateribus refle-
xo, alisque majore, & carina stamina
novem continente constantes. Calix
monophyllus & in ora quinquedenta-
tus flores excipit. Pistillum abit in si-
liquam e duabus capsulis compositam,
& seminibus reniformibus foetam. His
ad-

addantur folia multa eorumdem nervis
innascentia, inter se opposita, quorum
ultimum impar est.

1. Astragalus purpureus perennis
spicatus Pannonicus *Moris. Hist. II.*
106.

Onobrychis spicata, flore purpureo
C. B. Pin. 350. Raii Hist. I. 937.

Onobrychis prima *Clus. Hist. ccxxx-*
viii. Pou. 14. & Cicer Astragali fa-
cie ejusd.

Onobrychis quibusdam purpureo flo-
re *J. B. II. 337.*

In fossis Urbis, e regione Campi
Martii mihi sæpissime occurrit. Flores
habet purpureos elegantes, in spicam
brevem, dum floret, confertos, eaque
longius producitur dum semina matu-
rescunt. Radix vivax & perennis. *Jo. Hist. Pl.*
Bauhinus huc Cicerem astragaloidem II. 337.

Ponæ retulit rectius, quam Caspar
frater ejus in Pinace, qui Polygalæ
Camerarii Epitomes synonymum fe-
cit, a qua plurimum distat.

2. Astragalus luteus perennis, fili-
qua gemella rotunda vesicam referen-
te *Moris. Hist. II. 108.*

Cicer silvestre, foliis oblongis, hi-
spidis, majus *C. B. Pin. 347.*

Cicer silvestre multiflorum *J. B. II.*
294.

Cicer silvestre *Matth.* 418. *Raii Hist.* I. 935. Glaux altera perennis folliculis turgidis *ejusd.*

Parum a Caprina valle distat locus, cui *Camporengo* nomen est, in quo hic *Astragalus* provenit.

3. *Astragalus luteus* perennis procumbens vulgaris sive silvestris *Morif. Hist.* II. 107. *Inst. R. H.* 416.

Glycyrrhiza silvestris, floribus luteo pallecentibus *C. B. Pin.* 352.

Glaux vulgaris leguminosa, sive *Glycyrrhiza silvestris* *Park.* 1098. *descr. Raii Hist.* I. 935.

Fœnum Græcum silvestre, sive *Glycyrrhiza silvestris* quibusdam *J. B.* II. 330.

Fœnum Græcum silvestre primum *Dod. Pempt.* 547.

In scrobibus, qui sunt in summitate collis ubi olim Castellum Gardense constructum erat, mihi occurrit. Icon *Dodonæi* satis bona, *Bauhini* autem pessima.

In plantarum hujusce Classis denominationibus, quas ex *Horio Cliffortiano* descripsi, de Leguminum siliquis sæpius incidit mentio: at ne quis decipiatur, hic nequaquam prætereundum esse duco, illius Operis Auctorem pro ipsis Leguminibus eas accepisse. Vid. *Servium* ad *Virgiliti* versum . . . *siliqua quassante legumen.* *Georg.* I. 74. *Siliqua, thesa leguminis: folliculus intra quem legumina nascuntur.*